

FRANCESCO CONTARINI

FRANCISCUS CONTARENO, VENETIARUM PRINCEPS - PRISCIS MORIBUS, PRISCA VIRTUTE, NOVA FACUNDIA - BONUS CIVIS, GRAVIS SENATOR, PIUS PATER - MERITO PRIUS QUAM DIGNITATE PRINCEPS - NON OPINIONE AUT FORTUNA SED SUAPTE VIRTUTE - PRINCIPATUM NACTUS - REBUS DOMI FORISQ. PRAECLARISSIME GESTIS - DECEM LEGATIONIBUS APUD MAIORES ORBIS DYNASTAS - DIGNISSIME PERFUNCTUS - VEL NOLENS ET INVITUS TANTAE REIPUBLICAE PRAESIT - VIXIT IN PRINCIPATU AN. I MEN. III - OBIIT ANNO SALUTIS MDCXXIII, DIE VI DECEMBRIS (Monumento nella chiesa di S. Francesco della Vigna, cappella Contarini).

GIOVANNI CORNER I

IOANNI CORNELIO VENETIARUM DUCI INCLYTO - IUSTITIA AC PIETATE CONSPICUO - PRIMAE VERE SOLONI SAPIENTIAE MECENATI SUPREMI ADRIATICI CAETUS APOLLINI - QUI POST VERONAE BRIXIAE, PATAVIIQ. PRAEFECTURAS OPTIME GESTAS - POST PROC. DIGNITATEM ALTIORAQ. REIP. DECORA - TANDEM MERITORUM DIVES SOLIUM MAIESTATIS ASCENDIT - QUO PER LUSTRUM ET MENSES ALIQUOT FELICITER ILLUSTRATO - OBIIT TANDEM ANNO DOMINI MDCXXIV AETATIS SUAE LXXV - UT CORNU EIUS IN TERRIS EXIMIUM CAELESTI EXALTARETUR IN GLORIA - MAUSOLEUM HOC - QUOD FRANCISCUS FILIUS ERIGERE IN AMORIS SIGNUM DECREVERAT - FEDERICUS NEPOS GRATISSIMUS ADIMPLEVIT - ANNO SALUTIS MDCLVI (Monumento demolito).

IOANNES DUX - FRANC^s CARD^s - FRATER - CR. 1624 OB. 1629 (Monumento attualmente esistente - Chiesa di S. Nicolò da Tolentino, cappella Corner).

NICOLO' CONTARINI

LAURA DONATO RELITA - DEL Q. M. NICOLO' CON - TARINI E - ZUAN GABRIEL - SUO FIGLIO ET SUI - HEREDI MDLXVIII (Lapide esistente un tempo nella chiesa demolita di S. Maria Nova).

FRANCESCO ERIZZO

DEI GLORIAE - PATRIAE AMORI, POSTERITATIS DOCUMENTO - FRANCISCUS ERICIUS, VENETIARUM DUX - CAELESTI OPE REIP. BENIGNITATE - PRAECIPUIS DIGNITATIBUS TERRA MARI PERFUNCTUS - DECIMUM, SUMMO ARMORUM INSIGNITUS IMPERIO - ABSENS AD PRINCIPATUS FASTIGIUM EVECTUS - VIVENS - HOC PERENNE, GRATI ANIMI, MONUMENTUM - FIERI IUSSIT (Monumento).

ERICII PRINCIPIS - OSSA (Lapide terrena - Chiesa di S. Martino).